



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Pedes.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

## Pedes.

**S**ordes ejus in pedibus ejus, nec recordatus est finis sui. Thren. 1. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis injustitia. Pl. 118. Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua. Ibid. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Ibid. Perfecit pedes meos tanquam cervorum (in via perfectionis) & super excelsa statuens me. Docet manus meas ad praelium (contra hostes animæ) & posuisti ut arcum aureum brachia mea. Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea. Pl. 17.

## Tres animæ potentia.

**M**emoria memor ero [ contrito corde peccatorum meorum ] & tabescet in me anima mea. Thren. 3. Vigilate memoria retinentes. Act. 20. Monita mea. Memoriam vestri facio. Rom. 1. in precibus, sacrificiis. Accendam in corde tuo lucernam intellectus. 4. Esd. 14. Adhuc & vos sine intellectu estis? Math. 15. Quod Christus olim Apostolis, idem & jam multis Catholicis religionis objicere potest. In captivitatem redigentes intellectum in obsequium Christi 2. Cor. 10. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam. Pl. 118. Non ambuletis, sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum. Ephes. 4. Faciat